

cellum Iani Gemini, de quo Proco-  
 pius: æneus colossus Neronis; Dyrrha-  
 chij autem Hadriani. Hodie ibidem  
 statuę ex ere sunt in Capitolio Hercu-  
 lis, duorum iuuenum, Satyri, Lupæ al-  
 tricis: ænea sepulchra duorum ponti-  
 ficum, Martini V. in monte Cælio, Si-  
 xti IIII. in Vaticano, opus Antonij  
 Pullarij Florentini. Regum Anglico-  
 rum Vvestmonasterij ad Tamesim flu-  
 uiū aliquot sepulchra ænea sunt: sed  
 omnium maximum & splendidissi-  
 mum Henrici VII. Sami in templo  
 Iunonis Bathylli statua ænea fuit, cu-  
 ius in Satyra mētio apud Iuuenalem,  
 & Apuleium in Floridis, qui ait se ni-  
 hil vidisse ea perfectius. Socratis sta-  
 tua Athenis, item Astydamantis. Fue-  
 runt apud veteres ænea vasa, *σινάφια*  
 dicta, quæ (vt Martianus ait) horarum  
 ductus, stili in medio fundo siti proce-  
 ritate, discriminarent. Vasa præterea  
 domestica omnis generis fuisse ænea,  
 & nunc multis in locis esse notum est.